

ALEXANDER.

Simonides interrogatus, quot numeraret annos, respondit, se paucos vixisse dies, insinuans eos solum dies virtus adscribendos esse, quae virtutis splendor illustrasset: unde non immemor omnion gloria vocat annorum matrem, idcirco natura glorie amorem omnibus una cum latte infillat, quia, cum mortalium vitam exiguo definit spatio, immensum tempus indulget glorie, ut defuncti ad mortis invidiā gloriofius vivant, virtutis fama sepe in posteros latè diffundente: hinc Phidias cùm nomen inscribere non siceret, indignatus sibi aeternitatem invideri, suam effigiem Minervae clypeo inculpsit non nisi cum statuē jaichū avellendam. Ita ut dicit Cicerō: *nunquam annos laudes habere, & spumas quisque maxime gloria decire, illi q̄d Pheidias etiam illi Melis, qui de eamēne de gloria scribat, non sicut inscribat. Nihil autem Rē publice salubritatis accidere potuit, quād hec propriez nature indulgentia, eadem brevitatem gloriam nec circumscrībit, quā vitam, nemo enim tot curis intricaret animum, nisi præfigeret aeternitatem, prævideretq; se ubi ē vivis excellerit, tunc primum videturum, ridet enim inānē hujus virtutē nomen animus virtutis capax, & ad illam solum vitam subvelat, quæ innititur futurorum felicitorum memorie, manquam autem fortius imprimitur laudis stimuli, quamcum inānatam ambitionem urit alienus virtutis simulacrum, ita extortis à Julio Cæsare lacrimis Alexandri fama, cùm adverteret in ea stetate superaturam à Magno Macedone terrarum orbem, in qua nullam adhuc sibi laudem allittererat: sed & siue fensis stimulos Alexander, viro enim Achillis tumulto prorupit in gemitus, lacrimis etiam exprimente simulacionis ardore, cumq; teste Plutarcho felicem prædicavit, ex eo, quib; Homerum haberet laudem suarum praecōnem, hunc enim adeo in pretio habuit Alexander, ut ad debellandos hostes eum tanquam suscepce expeditionis socium circumduceret, ceterisq; sopori indulgentibus diligenter considereret;*

K.

damnat

damnat enim ignobilem quietem natus ad gloriam animos , & apud
eum acefcit voluptatis suavitatis , quem alienus laudis cupiditas fasci-
navit , ita Temphocles rogatus , cur precipitem in voluptates am-
num revocaret ad virtutem , reposuit à Mithridate Trophæo , sibi
nec quietem , nec voluptates indulgeri : terebat autem Homerum
Alexander non inutili & curiose lectione , sed expressis in eo Achillis
virtutes adeo imbibit , ut imitandi heros zelo accendit tocum Orientem
ante trigessimum tertium aetatis annum suo subjecerit Imperio , nec
prius visione finem imposuerit , quam hostes decesserint , in quos arma
stringeret , unde merito sibi Magi nomen vendicavit , vel in hoc
Achille superior . Felix itaq; fuit Alexandro , tanti heros imitan-
di studium , felicius tamen illud JOSEPHO *magis* futurum di-
cemos : non enim cum Magno Macedone à peregrinis terris men-
dicare debet virtutum exempla , quibus infillat , cum in LEOPO-
LDO MAGNO eluceant maxima , hic enim se se offert animus in
adversis sequè ac prosperis sibi confitans , summa in consti-
tutia , fervens in DEUM pietas , fortitudo in deprimente hostium fa-
ctu , singularis in subtilis clementia , & quidquid *Magnus Imperator*
commendarit , ita , ut illi verba Aufonijs de Gratiano prelata conven-
iant , *in eo abundat virtutis exempla , quae sequi exigit omnes perfrirat , & si
renas natus patratur , affirbitur voluntatis antiquitas , in eo denique ut cum
Theodolij panegyrista loquamur : virtutis final omnes rigore , quae sequitur
in omniis predicatorum , unde Magi nomen procul dubio sibi conciliabit .*
JOSEPHUS *magis* , quia vitam suam ad LEOPOLDI MA-
GNI exemplum componet , obbenedic se virtutis sequè ac Gene-
ris heredem esse , spissar enim telle Nazario *ad familiad-*
magis , quia , *superiorum etiamque* *magis* *natura* .



RO-